

Sinderam

Positiones

principal.


ex

philosophia

et mathesi

1789





75

POSITIONES PRINCIPALIORES
EX
PHILOSOPHIA ET MATHESI
REVERENDISSIMO AC PERILLUSTRI
DOMINO
DOM. BEDAE
CELEBERRIMAE ABBATIAE S. S. APOSTOLORUM
PETRI ET PAULI IN AMMENSLEBEN ORD. S. BENEDICTI
CONGREG. BURSFELDENSI
ABBATI DIGNISSIMO
STUDIORUM MAECENATI MAGNIFICO
ILIALIS OBSERVANTIAE TESSERAM OBLATAE.

PUBLICA D. D. OPPUGNANTUM EXAMINI EXPOSITAE

PRAESIDE

P. JOANN. SINDERAM

EJUSDEM ORD. ET ABBATIAE PROF. A. L.

A REVERENDIS AC RELIGIOSIS F. F.

R. Fr. Beda Brinkmann.

R. F. Mauritio Albermann,

R. F. Benedicto Wassermann.

R. F. Hermanno Heithecker

ANNO R. S. MDCLXXXIX AMMENSLEBII DIE 16 JULII

Horis ante et postmeridiem consuetis.

MAGDEBURGI, cum Litteris Hessenlandianis.

Fa 1599



LIBERUS ET LIBERTATIBUS

TRANSPARENTIA LIBERTATIBUS

INTERMIXTIA LIBERTATIBUS

ORIGINIS LIBERTATIBUS

EX LIBERTATIBUS

Rerum natura sacra sua non simul tradit.

Initiaros nos credimus, in vestibulo ejus
haeremus . . . Ex quibus aliud haec aetas,
aliud, quae post nos subibit, adspicet.

Seneca, L. 7. Quæst. nat. cap. 31.

OMNIS LIBERTAS

CONSTITUTA EST IN LIBERTATE LIBERTATIBUS

LIBERTATIBUS CONSTITUTA EST LIBERTAS LIBERTATIBUS

CATIVITATIBUS LIBERTATIBUS LIBERTATIBUS LIBERTATIBUS

Epitome Historiae Philosophicae.

Historia Philosophica est Chronologicum et Systematicum mutationum, quas notiones de homine, mundo, Deo, Philosophiae summi determinantes, a fundamentis ad Coronidem usque subiere, Contentum.

Periodus Prima.

§. I. *Philosophia Afrorum, Asiarum.* 1. Aegyptiorum. 2. Chaldeorum. 3. Periarum. 4. Arabum. 5. Phoenicum. 6. Indorum. Dogma, Systema Emanationis.

§. II. *Philosophia Graecorum.* Epochae 7. Aetas puerilis. 1. Poetica Philosophia: a. m. 2500 - 3100. 2. Politica: a. m. 3100 - 3400. 3. Physico-Speculativa: a. m. 3400 - 3600. Aetas juvenilis. a. Jonica. b. Phytagorica. g. Eleatenfis. 4. Dialectica: a. m. 3530 - 3600. 5ta Practica. Aetas virilis: a. m. 3600 - 3750. Ex hac schola: a. Cyrenaica. b. Magariensis, Eliadenfis, Eretricensis. g. Platonica. d. Cynica. e. Stoica. g. Epicurea. 6ta Sylleptica: a. m. 3700. 7ma Scepti- cissimus: a. m. 3800. Graecae Philosophiae aetas senilis et mors.

Periodus Secunda.

§. III. *Philosophia Romanorum.* Quas Athenis, easdem Romae Epochas subiit; Stoica, academica, epicurea, sectae palmares.

§. IV. *Neo-Platonica Schola:* ant. ch. 150 - 300 p. ch. Roma graecari edocta, graecissari missum faciens, horrida ex Astrologia, Thuri- gia, Magia, mixta Philosophia, Graecorum opus adulterat. Merita S. S. Patrum primaevae Ecclesiae, scientiarum Maecenatum; Caroli M. sec. 8. Restauratoris; Monachorum, sec. 10 et 11. Depositariorum.

§. V. *Scholastica Philosophia.* Haece portenta librorum ab Arabibus male Consutorum, et interpolatorum horribilia, spurious Graeco- rum

rum partus, in quibus succi boni parum, explanat. Aetas triplex a sec. 12 - 15.

Periodus Tertia.

§. VI. *Philosophiae Palingenesia*. Hanc Italiae, Graecisque, Capta Constantinopoli, sec. 15. Roman fugientibus debemus. Primus Aristotelis Antagonista Gassendus. sec. 16.

§. VII. *Systematum Creatores*. Inquieta et novitatum amatrix humana ratio antiquo deducta filo recidens, novumque contexens, naturae via duce primogeniae Philosophiae vestigium legit. Felices hi variorum in Gallia, Anglia, Germania Philosophorum conatus.

§. VIII. *Ecclesiasticus*. Systematum et Hypothesum neglectus, infracti, et exoleti wolfianae scholae dogmatismi eliminatio, sectarum proscriptio, philosophandi libertas.

§. IX. *Philosophiae Reformatio exacta*. Hanc Ecclesiasticus purior scepticismus fanior, limandi genius vegetior peperit; arctior logica inter et Methaphysicam nexus, Philosophiae, rerumque naturae historia auxit; quieta tandem et indefessa nostratim philosophandi methodus, Experienciae adminiculo, ad summam operis coronadem, a qua graeciam remorabatur, Philosophiae duxit studium.

Logica.

Logica est Scientia recte Cogitandi.

§. I. *Animae Existentia, Facultates*. 1. Cogito. 2. Me à meo corpore discerno; ergo Corpus meum non est Ego; ergo mihi inest ens sui sibi, et rerum extra se conscientia, anima dictum. 3. Video, audio, gusto, olfacio, tango; ergo sentio. a. Leges sensationum. β. Anatomie organorum. 4. Motum in organis perceptio excipit in Anima: inde idearum exorsus; differentia earumdem; innatas cum Lockio negamus. 5. Trium famosorum systematum quoad Animae cum Corpore Commercium, quodvis suis premitur difficultibus. 6. Praesento mihi absentia; itaque imaginor. Leges imaginationis. 7. Res olim sensibus haustris sentire video; et somnio. Leges somniorum. 8. Ideas praeteritas redeuntes agnosco easdem; et Recordor. Robur, lapsus memoriae.

§. II. *Ulteriores Facultates*. 1. Abstroho et distinetè cognosco; con- et disconvenientiam notionum intueor; nexus Veritatum universalium pervideo; inde intellectus, hinc judicium, ratio. 2. Analysis

lysis notionum, natura definitionum ideis nituntur distinctis. **a.** de ea-
rum adminiculo, usu. **b.** de causis idearum confusarum. **y.** de cog-
nitione symbolica. **3.** judicium verbis expressum Propositio dicitur;
de ejus diversitate, ratione modi ut ajunt, quantitatis et qualitatis.
4. Ratiocinatio verbis expressa syllogismus audit — in tanta scientia-
rum luce, ne inventis frugibus, vefci glandulis videamur, ex ingenti
Regularum sartagine, quibus veteris scholae Corriphaei in syllogismis
adornandis utebantur, a limine, ne verba nobis dentur, quaenam fa-
lutanda cenfemus. — De classibus propositionum in methodo geome-
trica. **5.** Similium Casuum exspectatio lubrica est ratiocinatio. **6.** Ma-
gna vis praeeexistentium et associatarum notionum, caularumque phy-
sicarum in cogitatorium; proin individuam ejus receptibilitatem, Re-
fultans, et summam praeiens animae status determinat. **a.** Exim mi-
rae operationes animae in somnio, delirio, enthusiasmo. **b.** De memo-
ria, acuminé, profunditate, ingenio, habitu, rationis robore, et
analogo.

§. III. Veritatis Principia Theoretica. **1.** Veritas veritati nulla con-
tradicit, proi harmonia exacta. Veritatis divisio. **2.** Veritatis cha-
racteres in ejus cognitionem nos manuducunt. **3.** Veritas non illu-
cens Demonstratione eget. De hujus natura. **4.** Evidentiae cogni-
tiae assentiri cogimur. **5.** Convictio locum habet, si id, quod in ju-
dicio constituitur, vel sensui praefenti, vel ideae, quae subiecti loco est,
aperte ineft. **6.** In disciplinis compluribus, ubi meliora non suppe-
runt, ne naturae subiraſci videamur, probabilitate contenti esse debe-
mus, sed probabilitate follicite perpendenda, momenta aestimanda,
gradus dimetendiſunt.

§. IV. Fontes Veritatis. **1.** Datur certitudo contra Baylium, Hu-
me, Huetium. **2.** Testimonium sensuum legitimum nota est certitu-
dinis contra Berckeley — solutio argumentorum Episcopi Cloyensis
contra corporum realitatem. **3.** Communis naturae et conscientiae
sensus docet cum infallibili certitudine contra Charron, Montaigne,
le Vayer. **4.** Autoritas humana plena parit certitudinem moralem
maximam. Contra d'Argens — Huc pertinet Ars hermeneutica, di-
ſtributor ejus explanatio.

§. V. Errorum Fontes. **1.** Oscitantia, ignorantia, praecipita-
tia — De causis mentis praepropere in judiciis ferendis. **2.** Adfe-
ctus.

ctus. 3. Abusus vocabulorum. 4. Praejudicia aetatum, status, sectae, nationis. 5. Corporis temperamentum, educatores, servitus ingenii, nimus se se excolendi ardor, libri, populus, seculum.

§. VI. *Veritatis Principia Practica.* 1. Recte judicandi initium dubitatio est. — De methodo recte judicandi juxta Carthesii praefcripta. 2. Philautia, et praeconceptae opiniones explodendae. 3. Nisi Corpore et animo recte valemus, nil decidendum. 4. Cavendum ne virtio subreptionis, quae sensu comprehensa non sunt, inferantur. — De arte experiundi, observandi, causas indagandi. 5. Praecipue rationis scrutinio, legumque normae caussas vindicandas ad phaenomina-
rum phych, interpretationem in intima haec et celerrima, nonnum-
quam etiam inverteata effectorum consociatione pertinentes, subjici-
endas esse adparet. Meditatione philosophica, generalium notionum
analysis suffulta, quidquid rationis modulo erui valet, attingitur. Ca-
nones fructiferæ hujus methodi,

Metaphysica Institutiones Ontologiae.

Ontologia est scientia entis in genere, primaque cognitionis humanae Principia suppeditat.

§. I. *Possibile et Impossibile.* Principia humanae cognitionis sunt duo: idem non potest simul esse, et non esse: Nihil est sine ratione sufficiente. 1. Hypothetice impossibile manet absolute possibile. 2. Absolute impossibile ne hypothetice quidem potest fieri possibile.

§. II. *Ens, Essentia, Existencia.* 1. Omne quod est, determinatum est. 2. Quodlibet est vel non est. 3. Essentia entis est id, per quod aliqua res est haec res, et non alia. 4. Essentia entis est necessaria, aeterna, immutabilis, incomunicabilis. 5. Rerum essentiae absolute nos latent. 6. Complementum possibilis, existentia dicitur.

§. III. *Attributa, Modi.* 1. Posita essentia ponuntur attributa. 2. Attributa proin sunt necessaria. 3. Modi non sunt in Essentia tanquam ratione sufficiente.

§. IV. *Identitas, Relatio.* 1. Quae mutuo possunt substitui, sunt eadem. 2. Omnis relatio est mutua. 3. Quae similia sunt possunt esse inaequalia.

§. V.

§. V. *Necessarium, Contingens.* 1. Necessarium est, cuius oppositum non potest non esse. 2. Ens contingens non habet in se existentiae rationem sufficientem. 3. Ergo nec illa est in tota contingentium serie. 4. Ergo extra hanc datur ens, quod in se totius seriei rationem continet sufficientem. 5. Ergo hoc ens absolute necessarium est. 6. Ergo et aeternum, immutabile infinitum, immensum, unicum.

§. VI. *Simplex, Compositum.* 1. Ens simplex caret partibus. 2. Neque ex composito neque ex simplici oriri potest. 3. Naturaliter nec oritur, nec interit. 4. In univerlo non sunt entia nisi simplicia. 5. Omnis mutatio in ente composito est per motum.

§. VII. *Spatium, Locus, Tempus.* 1. Spatium à rebus in eo existentibus nil distinctum, nil reale, nil positivum est. 2. Composita insunt spatiis. 3. Locus spatii pars a certorum entium distantia determinatur. 4. Ubi nil existit, aut nulla successio, neque spatium, neque tempus adest. 5. Spatii et temporis divisio imaginationis vim excedit.

§. VIII. *Substantia, Accidens.* 1. Datur vis activa. 2. Haec omni enti inest. 3. Substantia est ens vi agendi praeditum. 4. Statu entis mutato, modi variantur.

§. IX. *Finitum, infinitum Ens.* 1. Finitum ens contingens est, et mutabile. 2. Ergo existere incepit. 3. Infiniti entis existentia evidenter demonstrabilis est. 4. Attributum entis infiniti infinitum est.

§. X. *Principium, Causa.* 1. Omnis causa est Principium, non vice versa. 2. Nihil est causa sui ipsius. 3. Nemo dat, quod non habet. 4. Duo entia non possunt sibi mutuo esse causae efficientes. 5. Quicunque vult finem, vult media.

Institutiones Cosmologicae.

§. I. *Notio Mundi generatim.* 1. Datur nexus cosmicus. 2. Fatum coecum turicum, stoicum, astrologicum est impia, infana, ridicula opinio. 3. Saltus purus, casus, regressus in infinitum in omni mundo repugnant. 4. Plures mundi sint possibiles. 5. Est perfectus, non tamen perfectissimus. 6. Omnis mutatio in mundo est per motum.

§. II. *Naturale, Supernaturale.* 1. Leges motus sunt contingentes. 2. Natura non facit saltum. *Lex contiguitatis.* 3. Ergo in natura nunquam omittitur, quod ad fines obtinendos necessarium est. 4. Ergo nulla rerum species in natura desideratur. 5. Ergo opposito statui

A 4

alter

alter immediate non succedit. 6. Natura agit via brevissima: *Lex parasimoniae*. 7. Natura conservatrix sui: *Lex Conservationis*. 8. Natura in varietatem effusissima, hinc *Lex Varietatis*. 9. Miraculum in natura possibile est. 10. Si fiat, fit ab ente à mundo diverio. 11. Veri miraculi criteria habentur.

§. III. *Monades, Corpora.* 1. Dantur monades, num Leibnizianae? Neutquam. 2. Sunt in extensae, simplices. 3. In se agunt invicem. 4. Corpora existunt. 5. Principia corporum sunt substantiae simplices vi motrice praeditae. 6. Utrum ab his initis natura in procreandis corporibus procedat, aut in resolvendis iis illuc revertatur unquam, mysterium est. 7. Omne corpus est dividuum, extensem, mobile, solidum, porosum. 8. Corporum essentiam pervidere nequimus.

§. IV. *Leges motus.* 1. Modus, quo substantiae materiales motum producunt, ignotus nobis est. 2. Substantiae materiales movent se ipsas. 3. Causa motus inchoati et continuari, est ipsa vis motrix. 4. Actiones corporum in se mutuae sunt, ad has nulla est necessitas contiguitatis. 5. Corporibus inest vis attractiva et repulsiva. 6. Distantis in infinitum diminutis vis repulsiva in infinitum excessit. 7. Nullus hinc corporum datur contactus immediatus. 8. Cohæsio corporum ex attractiva et repulsiva vi aequali repetitur. 9. Corporibus inest nulla vis inertiae, proin nullum corpus mutationi suae positive reficit. 10. Omne corpus semper in motu est. 11. Ergo nulla corporum indifferentia ad motum et quietem.

Institutiones Pneumatologiae et Psychologiae.

Pneumatologia est scientia de spiritibus.

§. I. *Spiritus Nostro Natura.* 1. Significatu strictiori spiritus sive mens est natura distincta sui conscientia, distinctisque rerum conceptibus gaudens, aut potiundi certe vi praedita. 2. Omnis spiritus est ens simplex, non vicissim. 3. Substantiae obscura repraesentandi vi instructae spiritus non sunt. 4. In natura corporearum sensus adfectus esse nequit, ergo nec cogitatio. 5. Substantiae cogitantes felicitatis capaces sunt. 6. Plura spirituum genera in intellectu, voluntate, vi agendi diversissima nullo non negotio evincimus.

§. II. *Mens perfectissima.* 1. Mentis perfectissimae attributa sunt perfectissima. 2. Mens perfectissima est ens à se, ens independens, ens necesse.

necessarium, unicum. 3. Ergo ens immutabile, aeternum, infinitum, immensum potentissimum, omniscium, providissimum, summe justum, summe sanctum. 4. Ergo infinita ipsius intelligentia, voluntas, libertas, sapientia. 5. Modus quo ens infinitum existit, mysterium est, non in spatio, loco, tempore existit.

Psychologia est doctrina quae de Anima natura exponit.

§ III. *Anima Naturae Adpetendi Facultates.* De animae ex sten-
tia ejusque facultate cognoscendi tam superiori quam inferiori. Log.
§. I 1 . 1. Cogito, anima proin non est corpus, non materia, ergo
ens simplex, ergo spiritus, ergo ens intellectu praeditum. Pneumat
§. I 2. Quaedam confuse adpeto, in me proin est facultas adpetendi,
inferior dicta. 3. Voluptas est sensus perfectionis. 4. Quo vividior
est sensus perfectionis, eo major voluptas. 5. Ab adipititu voluptas
sejungi nequit. 6. Praesentatio boni, adpetitionem, mali adversio-
nem causat. 7. Adversio taedium comes est. 8. Adfectus oriuntur
ex confusis sensuum et phantasie representationibus, sunt aut orige-
narii aut derivativi de quibus prolixius actum est. 9. Adfectus sed ju-
stos intra limites homini magna gerendi et ardua exequendi praesidio
sunt. 10. Quaedam ad peto ut bona, quaedam ut mala distincte cog-
nita, ergo in me voluntas. 11. Me ipsum determinino, non necessitor,
ergo in me est libertas.

§ IV. *Anima Vita.* 1. Anima semper agit. 2. Notior corpore
est 3. Creatur a Deo. 4. Extincto corpore superstes est, sui sibi
conscia, memoriamque status praeteriti retinens. 5. Animarum som-
nus extincto corpore, metempyschosis deliramenta sunt philosophorum.

§ V. *Brutorum Anima.* Bruta non sunt machinae. 2. Quaedam
adpetunt, quaedam aversantur. 3. Proin ideis claris, sensatione ima-
ginatione, memoria, adipititu gaudent. 4. Habent quoddam ratio-
nis analogum sensatione et imaginatione nixum. 5. Carent intellectu,
ratione, libertate, non tamen spontaneitate. 6. Ipsis ictus anima in-
corporea a sensibus omnino dependens.

Theologia Naturalis.

Theologia naturalis est scientia de Deo ejusque attributis et
operibus sola ratione naturali considerandis.

B

§. I



§. I. *Dei Existentia contra Atheos.* 1. Dei nomine intelligimus omnium, quae mundum constituant, rerum mundique adeo ipsius causam supremam, eamque intelligentem. 2. Dum immensurabilem rerum ordinem, pulchritudinem, perfectionem, quae summam produnt mentem, intuemur, quis rectorem ac moderatorem et tantum architectum tanti operis tantique muneris consilii et rationis expertem putet? Ergo Deus est, hoc omnium instar argumentorum nobis palmare sit.

§. II. *Attributa Divina.* 1. Est unus Deus, et una suprema mundi causa. Ens infinitae perfectionis. 3. Ens necessarium, independens Pneumat. §. II 1 - 5. 5. Ens simplex et spiritus. 5. Divinæ libertatis cum immutabilitate concordia mysterium nobis est. 6. Cavendum ne nostra de Deo cognitio in abusum transeat idearum abstractiarum, nec sat tanto esse dignum mortali deprimitus conceptu sufficienti nobis interim ad intensissimos pietatis et reverentiae sensus.

§. III. *Opera Divina.* 1. Mundus non est ens necessarium. 2. Ergo ortus per creationem. 3. Permissio mali in eo non pugnat cum Dei bonitate. 4. Deus omnibus quae in mundo sunt provideret, omnia conservat, omnia gubernat, ergo supremus rerum Dominus est. 5. Finis quem sibi Deus in mundo condendo posuit, est perfectionum divinarum manifestatio. 6. Ex attributorum divinorum, animique nostri, et generalium quarundam naturae legum cognitione in nobis vitae alterius desiderium et exspectatio oritur. 7. Ex lumine naturae statuendum est diversam proborum ibi, malorumque conditionem fore. 8. Theologiam naturalem revelata excipit. 9. In revelata media per rationis lumen non impetranda ad salutem necessaria suppeditantur. 10. Theologia revelata ad incredulorum levitatem continendam, refrændamque insignis est.

Institutiones Philosophiae moralis.

Philosophia practica est scientia tradens regulas quibus in bono eligendo et malo fugiendo voluntas humana dirigitur.

§. I. *Aetns humani, Obligatio.* 1. Intellectus et voluntas actionum humanarum principia sunt. 2. Bonitas aut malitia actionum ex intrinseca earundem natura consequentiisque repetitur. 3. Bona propter actionem adoperabilis, malaaversabilis. 4. Obligatio crescit pro numero motivorum. 5. Non cadit nisi in ens Intellectus et voluntatis usus praeditum.

§. II.

§. II. *Lex naturae.* 1. Haec omnes homines rationis capaces obligat sub culpa et poena. 2. Per rationem nobis innoteſcit. 3. Est immutabilis, necessaria, aeterna. 4. Prima est: quaerito status tui perfectionis &c. 5. Est divina. 6. Proin naturae legi obtemperans, divino numini paret.

§. III. *Poena, praemium, virtus, vitium.* 1. Actiones bonas præmia naturalia, malas poenae naturales pedisse quāntrū. 2. Virtus sibi ipſi præmium est, vitium poena. 3. Virtus felicitatis fons, vitium ejusdem impedimentum est.

§. IV. *Conscientia, Imputatio.* 1. Qui sive secundum, sive contra conscientiam agit erroneam itidem peccat. 2. Recta conscientia morfus non habet. 3. Proin felices nos reddit. 4. Actio nisi libera imputari nequit. 5. Ergo fensiones, imaginationes, somnia, directe nobis non imputantur. 6. Factum alterius imputari nobis potest. 7. De culpa et dolo.

Institutiones juris naturae.

Ius naturae est disciplina quae rationis enunciata de rebus expetendis fugiendisque explicat.

§. V. *Officia erga Deum, je ipiuu et alios.* 1. Fundamentum juris naturae est in ipsa natura. 2. Ad entis supremi perfectiones manifestandas, gloriam illustrandam, cultum promovendum, ipsius agnitionem adquirendam, ipsum reverendum, timendum, invocabundum jure naturae obligamus. 3. Eodem jure unusquisque se ipsum, intellectum, voluntatem perficere tenetur. 4. Corporis pariter sanitati, membrorum integratati, opum, fortunae, honoris et laudis observantiae invigilandi præscriptum est naturae. 6. Ergo alii sunt amandi et nemo laedendus. 7. Moderamen tamen inculpatae tutelae lex naturae approbat.

§. VI. *Dominium, Contestationes, Patta et Contractus.* 1. Suum cuique tribuendum. 2. Nemo proin in Dominio perturbandus est. 3. De furto, rapinis, latrociniis, fraudibus. 4. De rebus abjectis derelictis, amissis. 5. In permutatione dominiorum, operum, laborum, compensatio justa observanda est. 6. Mentiri vetat lex naturae, verum semper dicere prohibet. 7. Jus jurandum cujusque religioni attemprandum est. 8. Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum. 9. De perjuriis, execrationibus, maledictionibus. 10.

Omnis promissio cedit in debitum. 11. Pactis illicitis nulla obligatio, nulla vis. 12. Pacta consensu mutuo dissolvuntur. 13. Minae, vis, dolus, pacta generatim non irritant. 14. De mutuo, pignore, hypotheca, fidejussore, usura, deposito.

Institutiones Ethicae.

Ethica viam ostendit legibus naturae obsecundandi.

§. VII. *Emendatio intellectus et voluntatis.* 1. Ad virtutis habitum acquirendum viva et distincta boni malivè cognitione exposcitur. 2. Emendatio intellectus emendationem voluntatis praecedat. 3. Longo et diu-
turno uero virtutis habitus conficitur. 4. Adfectus, impedimenta, con-
suetudines pravae deponendae sunt. 5. Quidquid distinctam suppe-
dirat notionem, id intellectus caussat emendationem. 6. Sapientia et
prudentia praecipuae intellectus virtutes sunt. 7. Sapientiae habitus
voluntatis supponit emendationem, legem explet, naturae obstacula
dispicit. 8. Experientia prudentiae magistra est. 9. Distincta boni
malique cognitio praecipuum affectuum refraenandorum adminiculum
habetur. 10. De libertate, parsimonia, modestia, et virtutis oppositis.
11. De patientia, fortitudine, animi moderatione &c. 12. Virtutes
erga alios primariae sunt sincerus amor, mansuetudo, veracitas, tac-
tum, &c. De quibus copiosius actum est.

Institutiones Politicae.

Politica est scientia quae regulas exponit prudentiae, et sa-
lutem hominum in societate viventium promovet.

§. VIII. *Notiones generatores circa intellectum.* 1. Quidquid sapien-
tia decrevit, prudentia exequitur. 2. Prudentia sine virtute astutia est.
3. Deliberatio et consilium prudentiae anima. 4. In intellectus emen-
datione prudentia primario occupatur. 5. Hinc necessaria praeferit
utilibus, utilia jucundis, nec praefulcienda jacit, compage extorta,
nec quod humeri recusant, deligit.

§. IX. *Circa voluntatem.* 1. Huc pertinet examen moralium actu-
um, virtutum, vitiorum, passionis dominantis. 2. Hominem ex-
agit, qui passionum fibras eveli omnes putat. 3. Temperamento-
rum vis voluntatis emendae, aut vehiculo aut obstaculo est. 4. De
temperamenti originaria varietate, diversisque characteribus. Sequun-
tur officia familiaria et civilia quae hic ad longum recensu senimis pro-
lixum fore.

Mathe-

Mathesis.

Algebra est scientia Quantitatis in genere.

§. I. *Calculus Potentiarum.* Th. 1. $a^m^n = a^{mn}$. Th. 2. $x - n$ ad gradum $m = x - nm = \frac{1}{x^n} m$. Th. 3. $\sqrt[n]{a^m} = \frac{m}{n} a$. Th. 4. $(a + b)^2 = a^2 + 2ab + b^2$. Th. 5. $(a + b^2) = a^3 + 3a^2b + 3ab^2 + b^3$. Schol. Ex datis fractiones decimales Calculandi methodus. v. g. $0,246 = 2$. $10 - 2 + 4$. $10 - 2 + 6$. $10 - 3$.

§. II. *Progressiones, Logarithmi.* Th. 1. Sit in progressionе arithmeticа membrum primum a , ultimum u , differentia d , Summa S , membrorum numerus n , erit: $\alpha) S = (a + u) \frac{n}{2}$. $\beta) (u = a + (n - 1)d$. $\gamma) \frac{n-2}{a+u} S$. $\delta) d = \frac{u-a}{n-a}$. $\epsilon) a = u - (n - 1)d$. Th. 2.

In progressionе geometrica producta extremorum = ab extremis aequaliter distantiuum membrorum productis. Th. 3. Producti Logarithmus = Summae logarithmi factorum, et logarithmus quorientis = differentia logarithmorum dividendi et divisoris — de tabula, usū logarithm. *De aequationibus.*

Geometria est scientia Quantitatis continuae.

§. III. *Geometria Theoretica.* Th. 1. Angulus inter duas parallelas = angulorum summae crura inter et parallelas. 2. In triangulo recta gulo hypotenusa quadraturae = Laterum quadratis. 3. Triangula similia sunt in ratione duplicata laterum homologorum. 3. Latus hexagoni aequatur radio circuli circumscripti. 5. Circuli sunt inter se uti quadrata diametrorum et figurae similes ipsis infra ipse. 6. Parallelipeda, Prismata, et Cylindri, quorum bases et altitudines aequaluntur, aequalia sunt. 7. Pyramides et coni super eadem basi et ejusdem altitudinis sunt aequales.

§. IV. *Geometria Practica.* Probl. 1. Lineam tam in charta quam campo metiri. 2. Rhenanam in decimalē convertere prīcam. 3. Angulos, Distantiam, altitudines locorum in et acceſlorum ope mensulae, Astrolabii, pīxidē magneticā, item diversarum figurarum areas metiri. 4. Superficiem et soliditatem *Circulorum* ubi, Parallelipedi, Prismatis, Cylindri, Pyramidis, Coni determinare.

§. V. *Trigonometria.* Th. 1. $\cos \text{inus} = \sqrt{\text{differentiae quadratorum radii et sinus.}}$ 2. Sit radius = r et arcus = φ . tangens $\varphi = \frac{r}{\sin \varphi}$ Th. 3. Secant $\varphi = \frac{r^2}{\cos \varphi}$ Th. 4. Si $\cos \varphi = 0$, erit $\frac{r \cdot \sin \varphi}{\cos \varphi} = \infty$ et $\frac{r^2}{\cos \varphi} = \infty$ proin tangentes et secantes in infinitum. Th. 5. In omni triangulo latera ut sinus oppositorum angulorum. Varia hinc Problemata geometrica practica resolvuntur.

§. VI. *Statica.* Haec agit de aequilibrio corporum tam solidorum quam fluidorum. Th. 1. Si potentia est ad pondus, uti est reciproca distantia ponderis à fulcro ad distantiam potentiae ab eodem fulcro in vete habetur aequilibrium. 2. Productum ponderis in vectem totum divisum per Summam ponderis et potentiae = fulcri loco. 3. Vires compositae sunt reciprocae ut sinus angulorum per medium directionem factorum. Probl. 1. Data potentia et duabus distantias invenire pondus. 2. Dato pondere et duabus distantias invenire potentiam. 3. Construere stateram romanam. Libram examinare.

Axis in Peritrochio. Th. 1. Ut se habet distantia radiorum ad distantiam semidiametri Peritrochii, sic se habet pondus ad potentiam. 2. Maxima est vis potentiae sub angulo recto. 3. Dato pondere pluriū rotarum se se excipientium radiis invenire potentiam. 4. Datis denticulis rotarum explorare, quoties rota velocissime circumacta giret, dum rota tardissime mota semel circumvolvit. De arte libellandi.

Trochlea. Th. 1. In Monopasto vires non fiunt expeditiores. 2. In dispatso pondus sustinetur à potentia in ratione subdupla ad pondus. 3. In polypasto augerit potentia, ut unitas ad numerum funium parallelorum. Probl. Dato pondere invenire potentiam.

Planum inclinatum. Th. 1. Potentia est ad pondus, ut sinus auguli plani ad horizontem, ad cosinum anguli quem potentia constituit cum ipso plane. 2. Potentia plane parallela est ad pondus, ut plani longitudine ad altitudinem. 3. Si potentia basi parallela, est ad pondus, ut longitudine basis ad plani altitudinem.

Cholea, Cuneus. Th. 1. Potentia cum pondere est in aequilibrio si productum potentiae in peripheriam = producto ponderis in distantiam duarum proximarum spirarum. 2. In cuneo si angulus aciei

60° attingit, potentia impeditur. 3. Cuneus est duplex planum inclinatum, proin hujus de illo valent theorematia.

§. VII. *Hydrostatica*. Haec fluidorum pressionem examinat. Th. 1. Pressiones fluidorum = productio basi in altitudinem, et gravitatem fluidi specificam. 2. Altitudines duorum fluidorum in tubis communicantibus sunt in ratione inversa densitatibus. 3. Pondera in ratione directa densitatibus et voluminum. 4. Gravitates specificae duorum fluidorum heterogeniorum sunt in ratione directa ponderum in libero aere et inversa in aqua amissorum. 5. Corpus liquido gravius tantum potentiae ad premendum exhibet, quanto pondere superat, aequale volumen liquidii. 6. Corpus aqua levius eousque immersetur donec volumen fluidi loco suo expulsum pondere suo adaequat pondus totius solidi. Probl. 1. Pondus diverorum liquidorum hydrostaticè examinare. 2. Investigare pondus oneratae navis, et dato pondere, quousque immersatur. 3. Explorare, an nummus purus sit aut adulterinus, et quantum metalli impuri admixtum. Determinare cavitatem solidi aqua gravioris, ut supernatur.

§. VIII. *Aerometria*. Haec aeris scientia est. Th. 1. Pressio omnem in partem, et in hisdem sectionibus parallelis aequalis est. 2. Elater aeris ponderi columnae aereae incumbentis respondet. 3. Pressio aeris in corpus est, ut hujus basis ducta in altitudinem columnae aereae respondentis gravitati columnae aquae 32 pedes rhen. altae. 4. Aer aequilibrium dat mercurio in barometro stagnanti. 5. In vas aere plenum aer exterior nil efficit. Schol. 1. Diversae aeris species a R. R. exactius evolutae quam plurima in natura detegunt: hic pertinet aer diphlogisticus, gas ventosum, mephitis hepatica, urinola, inflammabilis, muriatica, fluoris mineralis, nitri et aeris phlogistica. Sch. 2. Pondus totius aereae massae in telluris superficiem premens = 12 Trillionibus librarum, et hominis adulti superficiem = 15 = 45,160 librarum. Sch. 3. De haemisphaerii magdeburgicis, antralia pneumatica, barometro, horumque instrumentorum inventore Praenobili Dom. de Guericke. — De Thermometris, machina Montgolfiana, barometro Schaviotti.

§. IX. *Hydraulica*. Haec est scientia motus liquidorum. Th. 1. Quo major est pressio fluidi, eo major celeritas egredientis per lumen. 2. Quo angustior est tubus, per quam aqua fluit, eo major frictio. 3. Di-

3. Diminutiones altitudinum aquae salientis sunt ut quadrata altitudinum libellae aquarum in hydrophilacio existentium. 4. Aqua in siphonibus ultra 32' non ascendit. Probl. 1. Varias machinas exhibere, aquas, quounque lubet, adducendas aptas. 2. Compressione aeris fontes salientes et ope aeris diphlogisticignivmos constuere.

Optica. Haec leges visionis directae examinat.

§. X. Th. 1. Claritas in objectis distitis decrevit, ut quadrata distantiarum cresent, in propinquis cresent, ut quadrata distantiarum decrescent. 2. Quae sub eodem angulo in oculum cadunt, aequalia sunt. 3. Tangentes magnitudinum adparentium sunt in ratione composita magnitudinum directa et distantiarum inversa. 4. Si sphaera illuminans aequalis sphaerae opacae, umbra hujus cylindrica, si illa maior, haec conica, si illuminans minor opaca, haec calathiformis. 5. Umbra recta est ad altitudinem opaci, ut Cosinus ad sinum altitudinis luminosi. 6. Flamma lucis remota major adpareat, quam vicina. 7. Duorum objectorum imagines in oculo contiguae, objecta ipsa continua repraefendant. 8. Si magnitudo vera sive adparens spatii, per quod corpus movetur, intra certum tempus est imperceptibilis, corpus quiete scire videtur. 9. Si oculus spectatoris et aliud corpus versus eandem plagam moverit, oculus autem motu celeriori, corpus retrogradum videtur. Probl. Ope prismatis triangularis vitrei, vel vitro conico aqua pleno colorum diversitatem indagare. — De camera obscura, myopum et presbytarum oculis.

Catoptrica. Haec scrutatur leges visionis reflexae.

§. XI. Th. I. Angulus reflexionis = angulo incidentiae 2. In speculis planis objecti punctum in concurso Catheti incidentiae, et radii reflexi videtur. 3. Objectum tanto post speculum intervallo adpareat, quanto positum est ante speculum. 4. Speculum planum verticaliter evertum repraefendant objectum duplae magnitudinis.

Specula concava. Th. 1. Specula concava per reflexionem sunt caustica 2. Objectum inter focum et speculum concavum existens post speculum situ adparet erecto, et ampliatum 3. Si major objecti a speculo quam foci distantia, in aere pendula videtur imago situ inverso — De speculis parabolicis.

Pspecu-

Specula convēxa. Th. 1. In speculo convexo sphaerico objecti imago videtur inter centrum speculi et peripheriam, sed objecto minor, 2. In speculo cylindrico verticali objecta sub justa adparent longitudine sed minus justa latitudine. 3. In speculo conico latitudo adverticem usque continuo magis decrescit.

Dioptrica. Haec ad trutinam revocat leges visionis refractae.

§. XII. Th. 1. Radius ex aere in vitrum transiens frangitur ad perpendiculum, ita ut sinus anguli inclinationis sit ad sinum anguli refracti ut $3 : 2$. Si ex aere in aquam ut $4 : 3$ et invertendo. Th. 2. Radius in lente plano - convexam incidens post refractionem cum lentis axe conjugatur in distantia diametri: in vitrum convexo — convexum in distantia semidiametri: in globum, in distantia $\frac{1}{2}$ diametri. Th. 3. Radius per vitrum plano - concavum, aut concavo - concavum transmisus à lentis axe recedit. Th. 4. Oculus intra vitrum convexum et ejus focus constitutus vel in foco cernit rem sub majori angulo; per lentem concavam objecta minora adparent. Th. 5. Vitra convexa sunt caustica per refractionem radiorum Schol. De tubis terrestribus astromanicis, Neutoniaanis, Gregorianis, Dollandicis: microscopii simplibus et compositis, camera obscura Wieglobiana, laterna magica.

§. XIII. *Astronomia Sphaerica.* Th. 1. Ex cognitis quibusdam stellis, reliquarum iuris, locus. orrus et occasus, aut ope globi, chartae astronomicae, aliisque administriculis quam facilime indigitantur. 2. Respectu ingentis à terra distantiae fixarum, semidiameter terrae puncti instar venit. 3. Iuxta Keplerum ex reali, phisica et optica causa phenomina coelestia internoscuntur. 4. Altitudo poli = summae ex infinita altitudine stellae polaris et semidifferentia inter summam et infimam. Magdeburgi = $52^\circ + 10'$. Th. 5. Elevatio aequatoris adequat 90° minus altitudine poli. 6. Maxima eclipticae declinatio adequat altitudinem puncti solstitii aestivi minus elevatione aequatoris. 7. Si dies naturalis = 24 H. Dies primi mobilis = 23 H. $56' 4''$ Th. 8. Praecessio aequinoctiorum = annuatim $50'' 322''$. Th. 9. Semidiameter terrae est ad corporis coelestis distantiam, cuius parallaxis quaeritur, ut sinus anguli parallactici ad sinum apparentis distantiae suae à Zenith. Th. 10. In duabus locis sub eodem meridiano sitis parallaxis siderum observatur. — Varia problemata.

C

Astrono-

Astronomia theoria. Haec structuram universi indagitat. Th. 1. Tempora quibus planetae tramitis partem absolvunt, sunt inter se ut sectores arcus emensi. 2. Tempora autem curvis absoluti, ut radices quadratae ex cubis distantiarum a sole. Hae palmares Keppleri regulae. 3. Axis ellipsis syrii vix aequalis chordae 3", proin fixarum distantia immensurabilis. — De aberratione. 4. Sistema Copernicanum phoenomina in motibus Corporum coelestium juxta principia physica et opera fundate explanat. 5. Planetae omnes sunt corpora opaca, per omnia terrae similia, proin et à Creaturis mente et sensibus praeditis inhabitari autemus; pariter et stellis fixis et soli incolas tribuimus. 6. Sol corpus igneum a plerisque dicitur, quae fententia alii non arridet. 7. Eclipsis solis a luna interposita cauatur. 8. Eclipsis lunae inde est, quod haec cuneae telluris umbra tempore plenilunii immergarur. 9. Quantitas eclipsis solaris dependet tam à magnitudine diametrorum apparentium solis et lunae, quam à latitudine apparente, quam habet luna respectu illius loci terrae, è quo spectatur. 10. Stellae fixae longè ultra Urani orbitam existunt. Probl. 1. Invenire lunae et planetarum distantias à terra. 2. Data distantia planetae a terra determinare parallaxin horizontalem. 3. Ex diametro apparente et distantia à terra cognita planetarum diametrum mensurare, superficiem et soliditatem. 4. Altitudines montium in luna metire. 5. Adparentem diametrum terrae, seu angulum, sub quo terra ab inhabitatoribus lunae videtur, determinare. 6. Assignare luminis quantitatem, quam selenitae à terra reflexam mutuant.

Geographia. Haec est scientia telluris.

§. XIV. Th. 1. Rotatio terrae circa axem vim fundat centrifugam. 2. Ab axe vis centrifuga perpendiculariter recedens, effectum exercit. 3. Gravitatis diminutio in telluris superficie, est ut quadratum cosinus latitudinis. 4. Experimenta pendulorum sphaeroidicam telluris figuram, et Theorematum confirmant. 5. Differentia meridiana locorum dissitorum ex lunae eclipsi, et in et egressu Iovis satellitum determinari potest. 6. Elevatio poli aequalis est loci latitudini. 7. Gradus aequatoris sunt ad gradus circulorum parallelorum, ut sinus totus ad cosinus latitudinis. Invenire telluris diametrum, superficiem, soliditatem. — De globo terraquo, Mappis geographicis, usu, et methodo,

thodo, consciendi, de vario sphaerae situ, et consecutiis et pluribus aliis ad globi et mapparum intelligentiam necessariis.

Chronologia. Haec est scientia temporis metiendi ac distinguendi.

§. XV. Probl. 1. Dato anno post ch. n. invenire cylcum solis et litteram dominicalem. 2. Anni dati post ch. n. assignare Cyclum indictionum. 3. Dato numero aureo correspondentes Epactas indigitare. 4. Datis Cyclis lunae, solis, indictionum invenire annum periodi Julianae. 5. Quemque annorum numerum in alium permutare. 6. Dato anno Christi invenire pascha Julianum et Gregorianum.

Gnomocica. Haec est scientia delineandi horologia.

§. XIV. Ut sinus tortus ad sinum elevationis poli in horizontalibus, vel in verticalibus ad sinuin elevationis aequatoris, ita tangens arcus horarrii in aquinoctiali ad tangentem arcus horarrii in horizontalibus vel verticalibus. Probl. 1. Construere instrumentum declinatorium. 2. Horologia aquinoctialis. 3. Horizontalia. 4. Verticalia in et declinata omnis generis. 5. Constructum horologium recte locare. 6. Horologia portatilia. 7. Universalia. 8. Lunaria delineare.

Architeconica civilis. Haec est scientia bene aedificandi, archetypum animo conceptum delineandi, et formam e typam perficiendi. Firmitas, Commoditas, Venustas architectis sit lex fundamentalis.

Firmitas aedificii. Th. 1. Firmitas aedificiorum dependet a materia et materiae applicatione. 2. Ligna sint Sicca. 3. Saxa ex lapicidinis recenter exempta non adhibeantur. 4. Calx fit ex falso duriori nec terroso. 5. Arena fit sicca et aspera, non terrea. 6. Lateres non sint ex luto arenoso calculoso, fabuloso. 7. Conditio soli exploranda, in palustri loco craticula paranda. 8. Structurae fundamenti basis inferior, latior fit superiori. 9. Murus ad perpendicularum extruendus. 10. In singulis contignationibus aedium muri contrahendi sunt. 11. Muri nondum siccatae tectorio vestiendi non sunt. 12. Nulla pars aedificii ultra reliquias longius promineat.

Commoditas aedificii. Th. 1. Commoditas aedificii postulat liberum aeris ad fluxum in et egressum. 2. Fenestrarum altitudo fit ad latitudinem

nem in ratione dupla; 3. Figura conclave sit rectangula. 4. In Cubiculo una minimum sit fenestra: in hypocausto ad minus duae, ad summum tres; in occis minoribus tres, in majoribus quinque inter se aequidistantes. 5. Altitudo conclave nec nimis magna, nec nimis exigua fieri debet. 6. Ea conclave inter se communicare debent, quorum usus est connexus. 7. Pavimentum pro conclave diversitate sternendum. 8. Scala primaria statim in oculos currat, ab imo usque ad summum continua, et lumine sufficiente illuminetur: nec gradus sint justo angustiores, neque etiam nimis depresti, 6" circiter ad summum 7"; et latitudo sit minimum 10" ad summum 15": ubi plures unā ascendunt et descendunt, major sit proportio; longitudo 6 ad 9 pedes; post 9 vel 10 circiter gradus area interrumpatur quadrilatera.

Venustas aedificii. Th. 1. Ornatus aedificii nec parcus nec nimius sit. 2. Venustate aedificia se se commendant, si partes sint ad se, ut: 1 : 1, 1 : 2, 2 : 3, aut 2 : 3, 3 : 4, 4 : 5; quin imo valent 3 : 5, 5 : 7, 7 : 9. Th. 3. In omnibus symmetria et eurythmia observetur. 4. Fenestras superiores eandem latitudinem habeant, quam inferiores. 5. Figura januarum sit parallelogrammum rectangulum; nisi latitudo major limen requirat arcuatum. 6. Frons aedificii quadam januarum et fenestrarum ordinem aequae juxta symmetriae ac eurythmiae leges extruatur. 7. Ianuae et fenestrae partibus ex ordinibus architectonicis desumptis ornanda sunt. Probl. Ordines architectonicos delineare. 2. Ichnographiam, orthographiam, et scenographiam aedium perficere.

Architectonica militaris. Th. 1. Omnes munimenti partes se se invicem defendant. 2. Campus circa munimentum sit apertissimus ad horae distantiam. 3. Exteriora opera depressiora sint interioribus. 4. Quo alae longiores, eo major defensio. 5. Defensionis linea non sit ultra 65° rhen. 6. Ala retracta concava praefat rectilinea. 7. Profunditas fossae à latitudine superetur. 8. Systema muniendi hollanicum, alis cortinae perpendiculariter insistentibus, vitiosum est. 9. In Paganico systemate vitium quidem, correctum, ast, ambulacro per multiplicatas alas, et alis per auriculam angustius redditis, lima indigeret. 10. Blondellius multiplicatis polygini propugnaculis, quae copiosorem requirunt militem nil emendavit. 11. Systema secundum cl

el Vauban uti et el Bilfingeri triangula, quadrata, aequa ac polygena
muniendi praeminens et optimum.

Scientia rerum naturalium.

Naturalia dividuntur in Regna Narurae tria: Animale, Vegetabile, Lapideum.

§. I. *Regnum Animale, s. Zoologia.* Animalia in 6 classes distribuuntur. 1. Mammalia. 2. Aves. 3. Amphibia. 4. Pisces. 5. Insecta 6. Vermes continet. Classis 1 in 7 subdividitur ordines.

§. II. *Classis 1.* Ch. Corpus hirsutum. Pedes quatuor. Feminae viviparae, lactiferae. Cordis ventriculi duo. Sanguis ruber et calidus. . . Ord. 1. Antropomorpha. Ch. Dentes primores utrimque quatuor, Canini 2, molares 10. Mammae 2 pectorales. Ord. 2. Bruta. Ch. Incisores nulli. Pedes unguiculati. Ord. 3. Ferae. Ch. Canini solitarii, reliquis longiores. Incisores acuti. Pedes acute unguiculati. Ord. 4. Glires. Ch. Dentes primores 2 utrimque, molares nulli. Ord. 5. Pecora. Ch. Dentes primores inferiores rantium, superiores nulli. Pedes ungulati. Remendantia. Ord. 6. Belluae. Ch. Dentes anomali, obtusi primores. Pedes ungulati. Ord. 7. Cere, Ch. Pinnae pectorales. Cauda horizontalis. In capite canales.

§. III. *Classis 2.* Aves. Ch. Corpus plumosum, Alae 2. Pedes 2. Rostrum osseum. Feminae oviparae. Ordines 6. Ord. 1. Accipitres. Ch. Rostrum uncinatum. Ord. 2. Picae. Ch. Rostrum supernè compressum, convexum. Ord. 3. Anseres. Ch. Of. dentato-ferratum. Ord. 4. Grallae 4. Rostrum cylindraceo-teretiusculum. Ord. 5. Gallinæ. Ch. Rostrum conico-incurvum. Ord. 6. Passeres. Rostrum conico-attenuatum.

§. IV. *Classis 3.* Amphibia. Ch. Cutis membranacea, cordis ventriculus unicus. Sanguis ruber frigidus, pedes vel nulli, vel anomali. Ordines 3. Ord. 1. Reptiles. Ch. Pedes 4, palmati vel lobati, reptiles. Ovipari. Ord. 2. Serpentes. Ch. Corpus apodus, teres et squamulosum. Ord. 3. Nantes. Ch. Piscibus similes externè, internè differentes. Pulmones pro libitu aspirantes.

§. V. *Classis 4.* Pisces. Ch. Corpus apodus, pinnis veris instructum, vel squamulosum, Ordines 4. Ord. 1. Apodes. Ch. Pinnae

nae ventrales nullae. *Ord. 2.* Jugulares. Ch. Pinnae ventrales jugulares. *Ord. 3.* Thoracici. Ch. Pinnae ventrales thoracicae. *Ord. 4.* Abdominales. Ch. Pinnae ventrales abdominales.

§. VI. Classis 5. Insecta. Ch. Corpus crassa ossea cutis loco testum. Caput antennis instructum. Ordines 7. *Ord. 1.* Coleoptera. Ch. Alae elytris duobus testae. *Ord. 2.* Hemiptera. Ch. Alae sub hemelytris plicatae. *Ord. 3.* Lepidoptera. Ch. Alae 4; pulvere vel plumulis asperiae. *Ord. 4.* Neuroptera. Ch. Alae 4; reticulatae. Corpus oblongum, tenue. *Ord. 5.* Hymenoptera. Ch. Rete venosum subtilius. Cauda feminae aculeata. *Ord. 6.* Diptera. Ch. Alae duas. Halteres. Proboscis. Oculi retiformes. *Ord. 7.* Aptera. Ch. Alae nullae. Pedes 6, aut plures.

§. VII. Classis 6. Vermes. Ch. Pedes nulli. Corporis musculi ab una parte basi cuidam solidae affixi. Ordines 5. *Ord. 1.* Iuvestina. Ch. Corpus filiforme artibus destitutum, nudum. *Ord. 2.* Molusca. Ch. Artibus donata. Tentacula. *Ord. 3.* Testacea. Ch. Habitaculo lapideo instructa. *Ord. 4.* Lytophyta, corpus molle, Artus varii. *Ord. 5.* Zoophyta. Ch. Animalcula combinata, plantarum infra crescentia. Genera 17.

Observationes in Regnum animale.

§. VIII. Charakteres pro generum distinctione sint certi, constantes. 2. Corpora organizata nutritur, crescunt, procreant. 3. Systema Epigenesis solidis et fundatis haud nititur fundamentis. Generatio aequivoqua rationi et experientiae contradicit. Systole et Diastole cordis circulatio sanguinis in animalibus peragitur. 6. In viviparis animalibus embrionis evolutio plus dubii quam in oviparisperit. 7. Cetera: Classis primae, Ord. 7, rite mammalibus adscribimus.

Regnum vegetable seu Botanica.

Botanica est scientia vegetabilium.

§. I. Fructificatio. Orthodoxi systematici e fructificationis vero fundamento Methodum defumunt. 2. Primum et ultimum in botanica sit methodus naturalis, sed natura non facit saltum. 3. Terminii artis sunt prae aliis bene noti. 4. Fructificationis pertes sunt Flos, Fructus. 5. Naturalissima structura fructificationis e pluritate existentium desumitur: in numero, figura, proportione, situ.

§. II.

§. II. *Sexus.* Vegetabilia ex ovo provenire dictitat ratio, et experientia; confirmant cotyledones. 2. Omnis species vegetabilium flore et fructu instruitur, etiam ubi visus eosdem non assequitur. 3. Styg mata germini ubique adnexa esse genituras, probat essentia, Praecedentia, situs, tempus, catus, abscissio.

§. III. *Characteres.* 1. Filum ariadneum Botanicum systema, sine quo chaos res herbaria; systema classes per 5 appropria. simbra refolvit: Classes, ordines, genera, species, varietates. 2. Dispositio vegetabilium primaria a sola fructificatione desumenda est. 3. Classes, quo magis naturales, eo ceteris paribus, praestantiores sunt. Nomina classium et ordinum unico vocabulo constabunt. 5. Generum nomen in eodem genere unicum erit.

§. IV. *Vires.* Quae genere conveniunt plantae, virtute converniunt. 2. Luridae sunt plantae suspectae. 3. Stellatae diureticæ sunt. 4. Polyandria plerumque venenata. 5. Cryptogamiae vegetabilia suspecta. 6. Plantæ floribus innectario a petalis distincto communiter venenatae sunt, sicut et lactescentes, minus autem semiflosculosæ. 7. Qualitates plantarum, in quibus vires subsistunt indicat sapor, odor, color. — De herbario et methodo plantas colligendi. — De regno lapideo in physica opportunior dicendi locus erit. Universim singularissime exoptantes cum SS. P. N. B. S. R. cap. 57.

UT IN OMNIBUS GLORIFICETUR
DEUS.




Fa 185

ULB Halle
007 547 79X

3







Farbkarte #13

NES PRINCIPALIORES

EX

PHIA ET MATHESI

ISSIMO AC PERILLUSTRI

OMINO

I. B E D A E

BBATIAE S. S. APOSTOLORUM
AMMENSLEBEN ORD. S. BENEDICTI
NGRET. BURSFELDENSI

TI DIGNISSIMO

MAECENATI MAGNIFICO
SSErvANTIAE TESSERAM OBLATAE.

UGNANTIUM EXAMINI EXPOSITAE

PRAE SIDE

ANN. SINDERAM

ORD. ET ABBATIAE PROE: A. L.

NDIS AC RELIGIOSIS F. F.

nn. R.F. Mauritio Albermann,
fermann. R.F. Hermanno Heithecker
CLXXXIX AMMENSLEBII DIE ¹⁶ JULII
ante et postmeridiem consuetis.

, cum Litteris Hesselandianis,

